352 O quam dulcis mihi ē in memoria mea, Mater mea Academia Heidelb: à qua sufi τὸ λογικὸ ἄδολον γάλα sanctissimi verbi Dei. O quam grata mihi ē ejus restauratio nec minus gratum, quod tu Vir Clarissime in ea nunc doces pari fidelitate et orthodoxiâ, qua tui Antecessores. Testor tibi Frater honorande, nihil magis in hâc senectute meâ sollicitum habere me, quam successionem puræ religionis in Ecclesijs nris Helveticis. Eam ob causam nunc ad vos mittimus Optimum Juvenem, puim adolescentem Discipulum meum Joh. Henricū Musculum, Magni illius Wolffgangi nepotem. Hunc tibi caeterisq. nris D.D. Collegis commendo committoq. vestræ inspectioni et informationi. Habuit ante discessum suum orationem invectivam in Schulerum Friburgensem, de cujus libro nuper ad te scripsi. Ex ea Judicare poteris de Musculi nri progressu, nam eam tecum communicabit, jussu meo. Grammaticaliter ut sic loquar, tractavit et insinitos propemodum soloecismos et barbarismos convitiatoris oculis Doctorum subjecit. Reliqua refutare Judicans indigna. Quanquam gerunt nri Tigurini et Bernenses nunc in eo sint ut hujusmodi Scripta polemica inter Helvetios planè tollantur. In quo mea sententia prudenter faciunt. Nam quaeso qd inde lucri ad nos? aut Ecctam Christi? Certè mala illa nomina appellando semper fiunt deteriora. Deus Ecclesiæ suæ providebit nec eam sinet opprimi. Is quoq Ecctam vestram et vos magna in ea lumina Diu diuq conservet. Vale mi optime frater et Clarissimum Dn. Heimium meo nõe officiosè saluta. Dat. Bernæ iij Febr. 1653.

Tuus ex animo cultor
C. Luthardus.

Viro Reverendo Cl.o. Dño Danieli Tossano in Illustrissima Academia Heidelbergensi SStae Theologiæ pfessori et Senatus Ecclesiastici assessori Dño ac fratri honorando.
Heidelbergá.

353. Salutem à Salutis Authore.

Quod filius meus Jacobus Maximilianus abterso tandem invito Lenoino, pulvere Scholastico, in Athenæum publicum

cum demissus, studium Philosophiæ feliciter inchoare, et absoluto ejusdem curriculo, Magisterii honorem adipisci potuerit, illud totum habuit à disciplina et amore tuo, Vir Amplissime et amicorum honoratissime, tuo enim unius favore, ductu et Authoritate in publicam lucem, declamatiunculâ Scholastica initio productus, ejus mediocri successu, sequenti tempore ad frequentissima publicarum Orationum et disputationum exercitia tractus atque ita animatus fuit, ut isto triennio, quod ad cursum Philosophicum absolvendum à Majoribus statutum est, plures publicas orationes, cum laude instituerit, quàm alius unquam; De terræ motu, de festo Bacchico de Nativitate Christi, de ejus Passione de Missione Spi. S. de Vitandis consiliis et exemplis malis, de laude Poetæ Juvenalis, quo lectiones suas candidatus auspicatus fuerat; denique professionis suæ Sepulthura et Testamento quo eam Successori suo legavit. Has omnes Orationes, Academici nostri non sine gratulatione audiverunt. Sed ô me beatum, si Patri misericordiarum eâ gratia, senile meum pectus multiplicioribus curis et infortuniis evectum, refocillare luberet, ut ejus quoque vocem in suggestu cum laude resonantem, aliquando audire possem! Sed tantam vix ærumnosæ prærogativam in hâc infelici ætate, quâ omnia in pejus ruunt, optare, magis homines est mente capti, quàm sani. Quis enim de exitu infausti hujus quod jam inter Anglos et Belgas geritur belli, boni quid augurari potest! Cui sopiendo Respublica nostra Helvetica, hoc ipso tempore per expressum Cursorem, Interpositionem suam defert, Quod quæso salutis publicæ augurium nostris mentibus inhærere potest, quando novis indies terræ motibus et rebellionibus subditorum tepescunt. Lucernatum subditi dicti Entlibucher dicti cum vicinis urbeculis, Willisowen, Sempach, Sursee aliisque compluribus, Bernensium subditorum auxilio subnixi Gravamina sua in Articulis comprehensa Magistratui suo miserunt, quibus in exemplo satis fortaciet, extrema minantur. Quæ Rebellio etsi cum summo periculo sit conjuncta, eatenus tamen, Reformatorum partibus inservit, quod hoc pacto, superbi Lucernatum animi, ad statum humiliationis adacti, à vicinis Tigurinis et reliquis Protestantibus, enixissimè jam opem petere necesse habuerint. Successus etiam

conscriorum Ratisbonensium, nos valdè anxiòs tenet
Eos qsectrum, q de censibus suis, q ante multos annos
belli injuria exspirarunt, denuò Principum decreto
in vitam revocandis, valdè sunt solliciti.
A meo filio Immanuele jam ab aliquot mensibus nul-
los accepi literas: Quid valeat, qd agat et an spes
ulla ulterioris promotionis supersit, scire discupio.
Ad eum per D.D. Mayerlinu Ssentium exhibitorem, fra-
tris literas cum carminibus gratulatoriis hîc mitto,
bona spe fretus, ea Tuæ Amplitudinis adjumento pati-
ca: Vale panoraticè Vir Clarissime et quos semel in Cli-
entelam tuam suscepisti Meieros, ne qsô animo tuo
excidere unquam sinas. Vale iterum et Salve
Ab eo q te quotidiè habet in oculis
.. Febr. Aô - 53.
Wolfango Meyero
ad Rev: Clar: Dan. Tossanu
Basileam.

354 Reverendo ad modum, et Clarissimo
Viro Dn. Daniel Tossano &c S.P.
Non potui sine litteris ad te Vir Reverende Dñe Comp. hono-
ratisse hunc nrum dimittere amicu, intimi affectus pignus
charissimu caput. Non q longâ, vel etiam meâ, commen-
datione Virtus ejus egeret, sed, ne te q teriisse in illo viderer.
Accipe, igit illum, uti q curatissimè nos amare scis, ac-
cipere soles. Tuum spero nos rarò recreabit spiritum, et qd
nri esset officii supplebit ipse. Deus vos qservet diuturnam,
felicesq ac florentes esse jubeat. Ædificate muros Hiero-
solymæ: sint benedicti fructus labiorum vestrorum! Non
detinebo te V.R. pluribus: Nam hic qdam oia tua
coram exponet. Vale per cum tuis oibus: meq porrò
qq ama Tui, tuorumq, V. Rv. da Ex dem
Basil. d. XXX Sept. Aô CIƆ.IƆ.LIII. Observantissimus
Joh. Rod. Wettstein
P.S. spero, te V.R. postremas meas una cum syngrapha Dni Belli
accepisse, ignosce, qd toties sucio moroso xeyesio te
implicem. Dabitur quo vicem reddere queam: qprobabo me
tuis Obsequentissimum. Iterum Vale in Dño.
Ich bitte mir ... [illegible]
... [illegible]
ad Dnu Dan. Tossan:
Heidelbergam.

355 00